



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 79. Terræ motus Constantinopoli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

§. LXXIX.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.*Terræ motus Constantinopoli.*

Hoc item anno tum diversæ per uni-
 versam ferme Europam regiones, Surit. in
comm. Bi-
 tum præcipue urbs Constantinopolitana zar. rer.
 horrendo terræ motu per solidum men- Perſic. lib.
 sem & amplius concussa fuit, ac tanto io. &c.
 quidem impetu, ut omnibus pene urbis L. 16. Turco-
 mænibus eversis, ipsa ærarii arx quinque Græcialib. I.
 munitissimis turribus firmata, & alia
 ædificia quam plurima corruerint; &
 quamvis Bizarrus testetur, Christiano-
 rum templa a communi ruina suisse im-
 munia, Græci tamen Scriptores hac su-
 per re non consentiunt; nihilominus in-
 gens illud Sanctæ Sophiæ templum ni-
 hil læsum suisse constat, etsi turris eidem
 sacræ Aëdi a Turcis imposta, necnon se-
 pulchrum Mahometis II, qui Bajazethis Cuspin. de
 Parens erat, maximis sumptibus extru- Imp. in
 ctum penitus prostratum suisset. Ad Bajazeth. II
 dunt nonnulli, calcem, & crustam, qua Leunc. de
 Sanctorum imagines a Turcis fuerant ob- Reb. Turcic.
 testæ, ita decidisse, ut eæ perinde acsi lib. 5. c. 14.
 recens depictæ & confectæ suisserent, ap- Basel. in ap-
 parerent. Præterea Auctor quidam Ge- pend ad
 nuensis, qui tunc Constantinopoli age- Naucler.
 bat, tradit, ruinam Mense Augusto in- Raynald.
 cœpisse, Annales autem Turcici Exalta- hoc ann. n. 34.
 tionis S. Crucis diem Mensis Septembbris

G 4 designant.

Sæcul. XVI. designant. Proditur etiam durante hoc
A.C. 1509 telluris motu, mare inter Constantinopo-
 lim & Peram adeo infremuisse, ut utramque
 civitatem superatis mœnibus inunda-
 daret. Porro incolarum numerus, qui
 tunc perierant, in quibus plurimi etiam
 ex Proceribus numerabantur, ad trede-
 cim ferme millia ascendit. Bajazethes
 ipse Hadrianopolim se recipiens nonnisi
 in casa ex levibus tignis constructa, peri-
 culum evasit, quo cessante ad octoginta
 Architectorum, & Fabrorum millia col-
 legit, quorum opera ruinæ reficerentur.

§. LXXX.

*Arsenius a Græco Patriarcha Con-
 stantinopolitano excommu-
 nicatus.*

**Crus. in Tur-
 co-Græc. l. 2.
 Guillet. La-
 ced. anc. &
 nov. p. 327.
 Spond. hac
 ann. n. 16.** **M**ense Junio ejusdem anni pronuncia-
 tam reperimus a Patriarcha Con-
 stantinopolitano Græco, quem Pache-
 miū fuisse autumant, excommunicatio-
 nis sententiam adversus Arsenium Mo-
 nembasiae, seu Epiduari in Morea Ar-
 chiepiscopum. Is quidem Vir do-
 ctrina insignis, sed Prædecessore suo ad-
 huc superstite ab uno Episcopo, & duo-
 bus Presbyteris Venetorum opera con-
 secratus fuerat: Igitur Patriarcha sen-
 tentiam excommunicationis, necnon de-
 positio-